



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 19. Conimbricense Collegium a Lusitaniæ Rege conditum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul. XVI. quarta Martii anno Domini millesimo  
A.C. 1543. quingentesimo quadragésimo tertio.

## §. XIX.

*Conimbricense Collegium a Lusitania  
 Rege conditum.*

*Bouh. p. 352.* *Orl. n. 546.* Ex quo summus Pontifex hanc Bullam ediderat, mox plures Italiæ, Hispaniæ, Germaniæ ac Belgii urbes ab Ignatio tanquam supremo Societatis Capitales Evangelii operarios, qui sub ejus disciplina adoleverant, sibi submitti postulabant, huncque in finem eidem offerebant Collegia, in quibus rursus alii efformari possent: Inde factum, ut paucæ admodum Catholicorum regiones essent, ad quas Ignatii Discipulis non pateret aditus, præcipue vero in Lusitania Joannes hujus nominis tertius Conimbricæ in Beirana Provincia Societati Collegium extruxit, quod quasi Seminarium esset illorum, qui ad novi Orbis regiones pro annuntianda Christi fide destinandi essent. Insuper idem Rex ex hisce Sociis unum sibi selegerat, qui ipsius conscientiam moderaretur.

## §. XX.

*Cæsaris adventus ad comitia  
 Spirensia.*

*Sleid. l. 15.* *p. 502.* Sub idem tempus Carolus V. Cæsar Cameraco discessit, ad Imperii comitia